PLATO. ARISTOTELES

Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 66r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

attribues scrib continuo amicos qȝ quam plurimis inimicis vero
per paucis contrare At vero si ciuitas vt a nob premissum est
temperate coletur / permagna quidem erit / non aspectu solu
loquor / veru reipa / magna existente / quaqȝ mille dutaxat
pugnatores in ea sint / quale haud facile inter barbaros
aut grecos licet reperire Apparentes vero multas / hac for-
tasse ampliores an aliter ceris Adi Minime per Ioue inquit

Capitulu tercium Et quisqȝ ad quid aptus est instituatur
et quantum musice obsit innouatio · Socrates · Adimantus /

Optimus igitur nris principibus hic erit terminus / quan
tam magnitudine esse expediat / vrbem facere et
quanta ipis opus erit regionem acquirentibus a
reliqua abstinere Adi Quis ille inquit So Eousqȝ inqȝ augere
quo vna sit / vlterius neutiqȝ Adi Optime inquit ais So Quid
ergo inqȝ nu hoc ~~mitti~~ etiam custodibus nris preceptu imper-
abimus / omi cura custodire eos / ut neqȝ modica vrbs sit neqȝ
magna verum sufficiens atqȝ vna Adi hoc leue profecto inqt
So Et hoc inqȝ leuius cuius inprimis meminimus dicentes / si
quis forte custodum nepos vilis orietur / ad alios trasferendu
esse Sin vero ex aliis probus virtuosusqȝ nascatur / inter
custodes redigendum Et quidem innuere videtur vnumquemqȝ
ad quod aptus natus sit / ad id solu esse referendu / vt vnu quid
exercens per se quisqȝ / no plures sed vnus esse appareat sic
qȝ vniuersa ciuitas / non plures / sed vna vicissim fiat Adi
Est inquit hoc illo leuius So Non enim o bone adimante
quemadmodu quis fortasse putat / hec multa et magna
illis imperamus / verum leuia omnia et facilia / si modo vt
dici solet / magnu vnu obseruent solu aut pro magno
quidpiam sufficiens Adi Quid hoc inquit So Eruditionem
inqȝ et nutritionem / si quidem bene eruditi ac moder-
ati fuerint hec omnia facillime nobis cernent a nob pre-
missa quibus indicare / mulierum scilicet virorumqȝ conubia

laudabilis terminus

Equalis vrbs vna solum fiat

Eruditionem ac nutritionem obseruandam